

Mythologia, Venise, 1567 - V, 03 : De Nemeis

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre V

[Mythologia, Francfort, 1581 - V, 03 : De Nemeis](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre V

[Mythologie, Paris, 1627 - V, 04 : Des Nemeens](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre V

[Mythologie, Lyon, 1612 - V, 03 : Des jeux Nemeens](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - V, 03 : De Nemeis, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 04/12/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/854>

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4
Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination133r°-133v°

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière
modification le 25/11/2024

indicta fuerunt eadem certamina, quæ etiam athletis in Olympicis, quadrigis exceptis, (nam curruli etiam certamine in Olympicis certabatur) atque lege sanctum fuit ut soli pueri longiore repetitoque cursu certarent. Aulæ deinde repudiæ, quia nescio quid trille auditu ab his caneretur, nam elegi, & funebres modi cum iis tibis congruebant, remotisque præmiis coronarium institutum est certamen. Septima deinde Pythiæ additus est equorum cursus, at vigesima tertia ad cætera ludicra accessit cursus armatorum, & bigis deinde decertari coeptum, & pancration inter pueros, & polli iuluges tū singuli, tū binī introducti sunt. At in omnibus his certaminibus corona laurea victoribus donabatur, ut testatur Pindarus multis in locis. Id gratum esse Apollini putabatur, quia traditum est in fabulis, quod Apollo Latoniæ filiam in eâ arborem mutatam amauerit. conuentam autem hūc ab Amphictyone Deucalionis filio prius institutum fuisse tradidit in Phocicis Paus. sed ante quam Apollo Daphnem amaret instituta sunt Pythia, & antequam laurea reperiretur, vel ex palma, vel ex æsculo coronæ dabantur victoribus, ut ait Ouid. lib. primo Metamorph. in his;

Instituit sacros celebri certamine ludos.

Pythia perdomitæ serpentis nomine dictos.

Hic iuuenum quicumque manu, pedibus ue, rota ue

Vicerat: æsculeæ capiebat frondis honorem.

Nondum laurus erat.

Nam primis Pythiorum temporibus non erat adhuc inuenta laurus, quæ postea inuenta & locus datus est fabulæ, & coronæ victoribus Pythiorum ex illa confectæ. apparet autem ex Ouidii carminibus non Amphictyones, neque filium Deucalionis, sed Apollinem ipsum præ læticia victoriæ eius certaminis, in quo Pythonem ceciderat, Pythicos ludos instituisse, atque eadem propè ludicra fuisse in Pythiæ, quæ erant etiam in Olympicis. alii dixerunt neque palmam, neque æsculum, neque laurum præmium fuisse Pythiorum, sed poma quædam Deo consecrata victoribus donari solita ut scripsit in libro de coronis Ister. Verum istud accidit, quia & ludicra, & præmia victorum, & tempora, quibus agebantur Pythia, sæpius immutata sunt: nam cum nono quoque anno primum agerentur Pythia, perducta sunt postea ad quinquennium, quia tot Nymphæ dictæ sunt Parnasides dona Apollini, cum feram trucidasset, obtulisse. at de Pythiis satis, nunc de Nemeis dicamus.

De Nemeis.

Cap. III.

Celebrabantur Nemea in sylua quadam ita vocata, quæ fuit inter Philuntem & Cleonas Achaïæ ciuitates, in Archemori Lycurgi filii honorem quoniam in illa sylua dicitur à serpente morsus interisse. fuerunt verò eadem ludicra in his, quæ etiam in superioribus instituta, at victores apio coronabantur, quæ funebres erant plantæ; idque ad perpetuam Archemori memoriam. Alii Nemea instituta fuisse maluerunt ab Hercule, quia Nemeum leonem ibi occiderit. alii ob Opheltam, qui per propriam mortem in Thebas militantibus Lacedæmonis vaticinatus fuit: erat enim certamen epitaphium siue funebre, in quo milites aut militum filii solum primū certabant, quamuis & populus in id, postea fuit admissus. alii non ob illum

L1

prædi-

Mythologia.

- prædictum Opheltem, sed ob Opheltem Creusæ & Euphetæ filium instituta fuisse Nemea crediderunt, qui ictus fuit à dracone absente Hyppipyle nutrice, cum illa aquarum fuisset, quod ab illa aquam Argivi petiverant. instituta verò sunt illi Nemea ad Hyppipylæ consolationem. Dictus postea fuit hic Opheltes Archemorus, quia illi mortem Amphiaræus vaticinatus esset à principio vitæ. nam *ἀρχή* principium *ἀλγος* mortem significat. Coronabantur, ut fama est, antiquitus olivæ victores Nemeorum, sed post cladem à Medis captam in honorem æsorum apio funebri planta coronati ceptum est. Dicta fuerunt Nemea à bobus quæ Argivæ Iunoni erant consecratæ, quæ in ea sylva pascebantur. His ludis enim Argivi & Corinthii & Cleonæi homines præerant. Lucianus in dialogo de Gymnasiis ita mentionem fecit de singulorum horum certaminum præmiis; *Ὀλυμπίαδ' οὐκ ἔστιν οὐδ' Ἰσθμιάδ' ἐκ πρῶτου, ἰσθμιάδ' ἐκ δευτέρου πομπησύνου, πρῶτον δὲ πᾶσι πῦρ ἵππων τῶν δεινῶν.* in Olympicis quidem ex oleastro, in Isthmiis ē pinu, in Nemeis ex apio corona connexa, ac in Pythiis mala Deo consecrata victoribus erant proposita. Non defuerunt qui in honorem Archemori primum instituta fuisse dixerint Nemea, ac ab Hercule fuisse in melius correctæ cum leonem Nemeum occidisset; qui illa postea Ioni consecravit, & post triennium tempus peragendis statuit diem duodecimum eius mensis, qui *παῖς* a Corinthiis, ab Atheniensibus autem *Πυθιαγῶν* dicebatur, quia eo mense Theseus Amazonas debellavit. atque Cretenses demum iudices sunt electi. ac nunc de Isthmiis dicamus.

De Isthmiis.

Cap. IIII.

- S**criptum reliquit Plutarchus in vita Thesei, Theseum ipsum Isthmia in honorem Neptuni, ad imitationem Herculis, qui Olympia Ioui consecravit, instituisse: quippe cum illa, quæ in honorem Melicertæ fierent noctu agerentur, & magis initiandi, quam spectaculi causa constituta viderentur. Non defuerunt tamen qui in Scyronis honorem Isthmia celebrari crediderint, & ea putarint à Theseo inuenta ad mortem ipsius Scyronis expiandam. Alii ob Sinim Procustem Neptuni filium a Theseo exsum, alii aliis de causis instituta fuisse Isthmia, omnes tamen à Theseo consensere; quæ dicta sunt Isthmia ab Isthmo Peloponnesi, cuius in faucibus ad Neptuni templum ibi celeberrimum quinto quoque anno celebrabantur. Archias autem poeta non in Neptuni, sed in Palæmonis honorem Isthmia fieri solita scribit, in illo epigrammate;

- Τίαται οὐκ ἔστιν ἀπὸ τοῦ αἰῶνος τίαται Ἰσθίᾳ
οἱ δὲ μὲν δυνεῖν, οἱ δὲ δ' ἀναδύναι.*
Ἰσθίᾳ, λυταῖσιν, παλαίστρῃ, ἀρχαῖσιν.
Ἄλλα δὲ τῶν αἰώνων, πῶς, τίλιν, πῶς.
Quatuor in Græcis certamina; quatuor illa
Sacra; duo superis, sunt duo sacra viris.
Sunt Iouis hæc, Phæbique, Palæmonis, Archemoriq̃.
Præmia sunt olex, pinea, mala, apium.

Nam tametsi in omnibus his certaminibus coronabantur victores coronis superius commemoratis, tamen mos omnibus fuit ut ubique locorum palmam altera manu gestarent redeuntes, ut ait Paus. in Arcadicis. ac tamen honor